



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Sanguis Christi fecut bobis quinque bona.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Semen Christi quod tripliciter  
tollitur à diabolo .*

**Mat. 131** **P**rimum est uerbum dei. Matr. Semen est uerbum dei. Hoc semen tollunt dæmones, errorem in corde hominis seminando. Secundum est iustitia. Vnde Paulus. Qui parce seminat, parce & metet, &c. Hoc semen tollunt dæmones ad iniustitiam pertrahendo. Tertium est bonum opus. Psal. Euntes ibant & flebant mitentes semina sua, &c. Vnde P. Augustinus semina nostra sunt quicquid boni operis fecerimus. Hoc semen tollunt dæmones faciendo homines de bonis operibus gloriari. Vnde Matt. Cum facis eleemosinam noli tuba canere ante te, &c.

*Sanguis Christi fecit nobis quinque bona.*

**Apoc. 5** **P**rimo fuit redemptio. Apoc. 5. Redemisti nos deus in sanguine tuo. Et Petrus. Scientes quod non corruptilibus auro, uel argento, redempti estis, sed præcioso sanguine quasi agni, &c. Secundum est

peccatorū ablutio. Apoc. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, &c. Heb. Vt sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Tertium est ianua cælestis aperitio. Heb. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis uiam nouam. Quartum est, continua ad deum oratio. Clamat enim continuè sanguis Christi ad patrem. Heb. Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel. sanguis Abel clamat uindictam, sanguis Christi clamat indulgentiam. Quintum est sanctorum de inferno eductio. Zach. Tu autem in sanguine tuo eduxisti uinctos de lacu, in quo non est aqua.

Apoc. 1

Heb. 12

Heb. 10

Heb. 12

Zach. 9

*Sermo Dei habendus est in aure, in ore, in corde, & in manu.*

**I**N aure habendus est per frequentem ipsius auditionem. Isa. 55. Inclinate aurem uestram & uenite ad me, audite & uiuet anima uestra. Mat. Qui habet aures audiēdi, audiat. In ore per iugem cum deo locutionem. Psal. In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui, &c. Vnde

Isa. 55

Mat. 13

Psa. 118